BENEDICTUS REGUARDATUS DE NURSIA · DE BALNEIS PUTEOLANIS · CINCIUS ROMANUS
Siena (?), 8. Jahrzehnt 15. Jh. /vor 1478 Seite 75r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8184
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



exore obtundit: uermes interficit: de
siderium coytus remouet: euisque mam
desiccat et abscidit. Et succus eius bibitus
omnibus uenenis resistit: et ut supradictum
est cum nuce comesta pestilentie et omni
ueneno preseruatiuum adiutorium prestat.
Plurimum aut de ruta comedere malum
et periculosum est. Sed attente tamen respi
ciatur ne cum ruta comedantur uiri
des uermiculi: quos tempore ueris in suis
folijs producere solet: qui propter similitu
dinem coloris difficile cognoscuntur:
quoniam mali sunt et uenenosos effectus pro
ducentes. ¶ Radix Rafanus: Ramoratia
in capitulo de acrumine:

Spinachia frigida sunt et humida
in primo: licet quidam dicant quod
ad temperamentum declinet: uirtutem laua
tiuam, abstersiuam, et colere refractiuam
habent: gutturi: pectori: pulmoni, epati et
stomaco congruentia sunt: boni existunt
nutrimenti, melioris quam atriplices. et
proprie colericis et sanguineis prosunt.

No. remedium contra uenenum. 2 pestem